Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IERE

in toto corde meo & in tota anima
mea quia hec dicit dominus. Sicut
adduxi super populum istum omne ma
lum hoc grande sic adducam super
eos omne bonum quod ego loquor
ad eos & possidebuntur agri in terra
ista de qua uos dicitis. quod deserta
sit eo quod non remanserit homo &
iumentum & data sit in manu chal
deorum. Agri pecunia ementur et
scribentur in libro & imprimetur si
gillo signum & testes adhibebun
tur in terra benyamin & in circuitu
hierusalem & in ciuitatibus iuda & in ci
uitatibus montanis & in ciuitatibus
campestribus & in ciuitatibus que
ad austrum sunt. quia conuertam
captiuitatem eorum ait dominus

cxvij

Factum est uerbum domini ad hie
remiam secundo cum adhuc
clausus esset in atrio carceris dicens
Hec dicit dominus. Qui faciens
est & formans illud & portans
dominus nomen eius. Clama ad
me & ego exaudiam te & annuncio ti
bi grandia & firma que nescis. quia hi
dicit dominus deus israel ad domos
urbis huius & ad domos regis iu
da. que destructe sunt & ad uniuer
sos & ad gladium uenientium ut
dimicent cum chaldeis & impleant
cadauerib hominum quos percussi
in furore meo & in indignatione mea
abscondam faciem meam a ciuita
te hac propter omnem malitiam eo
rum. Ecce ego obducam eis cicatri
cem & sanitatem & curabo eos. et
reuelabo eis deprecationem pacis &
ueritatis & conuertam conditione
iuda & conditionem hierusalem & edi
ficabo eos sicut a principio & emun
dabo illos ab omni iniquitate sua
in qua peccauit mihi & propitius
ero cunctis iniquitatibus eorum in
quibus dereliquerunt mihi & spre
uerunt me. Et erunt mihi in gau
dium & in nomen & in laudem omni
bus gentibus terre que audie
runt omnia bona que ego faciam
eis & pauebunt & turbabunt
in uniuersis bonis & in omni pace
quam ego faciam eis. Hec dicit do
minus. Adhuc audietur in loco isto
quem uos dicitis esse desertum eo
quod non sit homo ut iumentum in
cunctis ciuitatibus iuda & foris ie
rusalem que desolate sunt absque ho
mine & absque habitatore & absque pecu
re. uox gaudii & uox letitie. uox sponsi
& uox sponse. uox dicentium. Confi
temini domino exercituum quoni
am bonus dominus. quoniam in eter
num misericordia eius & confitentium
uota in domo domini. Reducam
enim conuersionem terre sicut a
principio dicit dominus. Hec dicit
dominus exercituum. Adhuc erit
in loco isto deserto. absque homine et
absque iumento & in cunctis ciuitat
ibus eius habitaculum pastorum acci
bantium greges. & in ciuitatibus
montuosis & in ciuitatibus campes
tribus & in ciuitatibus que ad aus
trum sunt. in terra benyamin & in
circuitu hierusalem & in ciuitatibus